

faciam'. Et pater sanctus ad illum¹: 'Ne pigriteris ire neque pigeat² te iniunctum opus perficere, quia proderit tibi'. Mox itaque rusticus inperata³ complevit. Videres interea torcular effluere mustum⁴, redundare⁵ susceptorium et rustici⁶ non sine ammiratione atque stupore cuncta repleti⁷ vascula. Expleta tandem venerabilis pater oratione egressus ab ecclesia, occurrit ei rusticus gratias agens pro collatis⁸ sibi beneficiis. Quem videlicet⁹ providus pater his cum a se verbis sprexit et abiecit: 'Recede a me, o homo, quid dicis, nescio'¹⁰. Siquidem¹¹ magna facere omnino fugiebat, videlicet ut ea, quae fiebant, non suae bonitati, sed Domini miserationi deputaret¹². —

3. Eodem vero tempore¹³ duo presbyteri ex hac¹⁴ urbe Salernitana comitati sunt eum orationis gratia usque ad Montem Garganum. Unus namque eorum, qui actenus superest, lacinctus nuncupatur. Hi namque sepius mihi iureiurando professi sunt, quod in eodem itinere, dum per singulas horas canonicas se cum fratribus¹⁵ in terra¹⁶ prosterneret, licet frequenter plueret, unam pluviae guttam super eum cadere non videbant¹⁷. Sic enim eum divina tuicio¹⁸ protegebat, ut, cum elevaretur a terra, ita eius videbantur sicca vestimenta, veluti celum non¹⁹ plueret nec terra aquis madefieret.

4. Sed neque et illud silentio puto praetereundum²⁰, quod coram venerabili valde viro domno Balduino²¹ abbate fratribusque²² sui monasterii quidam presbyter nomine Angelus sepius iureiurando me audiente narrare consueverat. Aiebat²³ namque, quod nocte quadam in eodem monasterio venerabilis pater Oddo²⁴ post nocturnas laudes privatasque orationes fatigatus, dum supra quoddam²⁵ scamnum se sopori dedisset, apparuisset ei²⁶ quidam vir senex veneranda²⁷ canitie, ferens manu candidam vestem pelliceam²⁸, proficiscensque²⁹ velociter ad eundem locum, in quo se sopori dederat vir beatissimus, stetit super eum. At vero presbyter [Angelus³⁰], dum ex adverso staret, considerare cepit diligenter simulque inspicere,

1) 'eum' 2. 2) 'pudeat' 2. 3) 'imperata' 2. 4) 'musta' 2.
 5) 'redundare' 2. 6) 'rusticum' 2. 7) 'replere' 2. 8) 'pro collatis
 agens' 2. 9) 'autem' 2. 10) 'nescio quid dicis'. 11) Nach 'Si-
 quidem' in 1 'nimirum', dann aber getilgt. 12) 'Dom. tribueret mis.' 2.
 13) Diese Reise Vita Od. II, c. 15: 'ante hoc triennium' d. h. 940 oder
 941 gesetzt. 14) In 1 getilgt. 15) 'cum fratribus se' 2. 16) 'ter-
 ram' 2. 17) 'una pluvie gutta cadere non viderent' 2. 18) In 1
 'tuicio' ausradiert und 'dignatio' übergeschrieben. 19) 'veluti nec celum
 plueret' 1. 20) 'pret. puto' 2. 21) 'Balduino' 2. 22) 'eiusque
 fratribus' 2. 23) 'Agebat' 2. 24) 'Odo' 2. 25) Fehlt 2. 26) Fehlt 2.
 27) 'venerande' 2. 28) 'pelliciam' 2. 29) 'proficiscensque' in 1 corr.
 in 'profectus est' und 'stetit super eum' in Folge dessen ausgelassen.
 30) Nur 2.